

M A G N U M
BULLARIUM
ROMANUM,
S E U E J U S D E M
CONTINUATIO,

Quæ SUPPLEMENTI loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt EDITIONIBUS;
ROMANA, & LUGDUNENS.

C U M R U B R I C I S, SUMMARIIS, SCHOLIIS, ET INDICIBUS.

TOMUS DECIMUS-SEXTUS,

Complectens Constitutiones BENEDICTI XIV.
ab initio Pontificatus usque ad Annum 1746.



Fons Exemplar ROME, Ex Typographia SACRAE CONGREGATIONIS DE PROPAGANDA FIDE editio 1745.

LUXEMBURGI,

Sumptibus HENRICI-ALBERTI GOSSE & Soc. Bibliopol. & Typograph.

M D C C L I I.

C U M P R I V I L E G I O S A C R E C E S A R E M E T C A T H O L I C A M A J E S T A T I O



M A G N U M
BULLARIUM
ROMANUM,
SEU E J U S D E M
CONTINUATIO,

Quæ SUPPLEMENTI loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcessunt EDITIONIBUS,
ROMANÆ, & LUGDUNENSI.

CUM RUBRICIS, SUMMARIIS, SCHOLIIS, ET INDICIBUS.

P A R S D E C I M A,

Complectens Constitutiones BENEDICTI XIV.
ab initio Pontificatus usque ad Annum 1746.



Imma Exemplar ROMÆ, Ex Typographia SACRAE CONGREGATIONIS DE PROPAGANDA FIDEI edition 1746.

LUXEMBURGI,

Sumpibus HENRICI-ALBERTI GOSSE & Soc. Bibliopol. & Typograph.

M D C C L I L

CUM PRIVILEGIO SACRAE CÆSAREÆ ET CATHOLICÆ MAJESTATIS.



B E N E D I C T U S P A P A X I V.

DOCTORIBUS ET SCHOLARIBUS UNIVERSIS
BONONIAE COMMORANTIBUS,
ET JURI CANONICO ET CIVILI
S T U D E N T I B U S.



AM ferè sexius annus præteriit, ex quo Deus Optimus Maximus Nos, licet immerentes, ad Summum Pontificatum evexit. Hoc temporis spatio omnem fānē operam pro tenuitate nostrārum virium conferre haud prætermisimus, ut Sacrum Fidei Depositum, & Ecclesiasticam disciplinam tueremur; corruptelis aditum intercluderemus, quæ ipsam labefactare poterant, ac rationes omnes, & consilia adhiberemus, quibus in Urbe Romā, totāque Pontificiā Ditione unicuique justitia probe administraretur: Neque populo, qui à Nobis remotissimi sunt, & totius Orientalis Ecclesiae (quantum in Domino potuimus) curam suscipere negleximus. Id autem conspicere potest ex hoc codem Libro, quem Nos exemplo ducti Prædecessorum nostrorum Typis committi permittimus. Nam eti ipsorum Constitutiones, ac aliqua Brevia congesta fuerint in Romanum Bullarium, quod quidēm privatā auctoritate consecutum est; tamen Innocentii Duodecimi Diplomata alio privato Libro impressa continentur, quicin Georgius Firmianus, dum Pontifex adhuc inter vivos ageret, evulgavit. Multa quoque præclara Volumina in omnium manibus vēfiantur, in quibus Clementis Undecimi Constitutiones, ac Brevia solum habentur; quos quidēm Libros magnificenter adornatos Annibal Cardinalis Albanus, & Sanctæ Romanae Ecclesiae Camerarius, Nepos ejusdem Pontificis, in lucem edi curavit. His exemplis permoti Typis emittimus hoc primum Volumen, quod nostras Constitutiones, videlicet Bullas, & aliqua Brevia, Litteras Encyclicas, & alia hujusmodi complectitur, ex quibus non mediocrem utilitatem futuram putavimus: Nonnulla vero, quæ ad privata tantum negotia pertinebant, omisimus. Et si autem ferè omnia, quæ in hunc Librum concessimus, publicam jam lucem adspicerint; tamen experientia competitum est, has exiguae pagellas diuturnitate temporis concidere, ac penitus interire; cum per-